

FRISIUS FRISONVM CONDITOR.



Frisius filius fuit Clogij regis Francorum. Hie cum magnis corporis et animi uirtutibus esset præditus, à patre regioni, quæ mari Germanico adiacet, præficitur, anno creationis mundi termino noningentesimo sexagesimo. Is itaq; eam gentem de se Frisos cognominauit, atq; Francorum consensu ibi regnum inchoauit. id tamē ealēge permisum, ut posthac Frisiae reges Francis subjecti essent, & in singulos annos ducētos sexaginta boues pro tributo soluerent, ac cum Francis (ut cæteri quoq; amici & socij) communia bellorum munia obirent. Eas leges Frisius lib. ali animo suscepit, & egregie obseruauit. Ita p; æternam nomi-
nus tui memoriam ob multa beneficia præstata apud Frisos obtinuit. Thrith,
in Franc. regib. Ioan. Func. in Chronologia.